



**CONCILIO||RVM QVATVOR GENE=||ralium. Niceni.  
Constantinopolitani. Ephesini. et Calce=||donensis. Que  
diuus Gregorius magnus tanq[uam]|| quatuor Euangelia  
colit ac veneratur.||**

**Merlin, Jacques**

**Coloniae, 1530**

**VD16 M 4842**

Concilium Valense.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-72934](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-72934)

## Concilium Auricense

- S** XVIII ¶ Placuit cathecuminis non legi Euangelium in Ecclesia.
- T** XIX ¶ Cathecumini nonnunquam admittendi sunt, etiam inter domesticas orationes.
- V** XX ¶ Segregandi informandiq; sunt cathecumini, vt si reuocent & signandos vel benedicendos semotim offerant eos fideles.
- X** XXI ¶ Duo si præsumserint ordinare Episcopum in vestris Prouincijs placuit de præsumptoribus, vt sicubi contigerit duos ep̄os inuitum ep̄m facere authoribus damnatis, vnus Ecclesiæ eorum ip̄e qui passus est, substituatur, si tamen vita respondet, & alter in alterius deiectione loco nihilominus ordinatur, si voluntarium duofecerint, & ipse damnabitur, quo cautius ea quæ sunt antiquitus instituta seruentur.
- Y** XXII ¶ Sedit præterea vt deinceps nõ ordinentur diacones coniugati, nisi qui prius conuersionis proposito confessi fuerint castitatem.
- Z** XXIII ¶ Si quis autem post acceptam benedictionem leuiticam cum vxore sua incontinentens inuenitur ab officio abiciatur.
- A** XXIII ¶ De his autem qui priusquam ordinati fuerint in hoc ipsum inciderint Taurinatis synodi sequendam esse sententiam qua iubentur non vltius promoueri.
- B** XXV ¶ De idoneis autem probatisq; viris, & clericatui alligatis ip̄a vitæ gratia ita gerit, si forte inciderint in duplicata matrimonia, vt non vltra subdiaconatum vel Ecclesiasticas cæ-
- C** XXVI ¶ Diaconissæ omnimode non ordinandæ, si quæ iam sunt benedictioni quæ populo impenditur, capita submittant.
- D** XXVII ¶ Vt viduitatis seruandæ professione coram episcopo in secretario habita impostam à presbytero vestem vidualem non esse violandam. Eius vero repudiatorem, vel ipsam talis professionis desertricem merito esse damnandam.
- E** XXVIII ¶ Hi vero qui sunt desertores professæ castitatis præuaticatores habendi, & omnibus per penitentiam legitimam consulendum.
- F** XXIX ¶ Hæc quæ subscripsimus cum eorum quoq; concordia qui consensus dederunt rata deinceps inter nos ac nostros haberi volumus, & habenda sancimus, non prætereuntes eos qui synodo aut per se, aut per consensus suos, vel ad vicem sublegatos destinando adesse tractant, vt quid sibi de illis placeat, qui patrum statuta despiciunt, innotescat, non quod nobis temporum qualitate difficile sit ad sanctam synodum conuenire, adijcentes quod si similibus deinceps Paganis pro salubritate Ecclesiastica ac remedijs congregare conuētus voluerimus, constituamus, vt nullus conuentus sine alterius conuentus denuntiatione soluat. Itaq; sequenti anno si domino deo nostro Iesu Christo permittente conceditur die decimoquinto Calendas Nouembris in Auraisco territorio conuentum habeamus, qui ideo tanto prius ante denuntietur, vt tam excusationis libertas quam inuitationis necessitas non sit. De die enim ac loco per ipsos nos commonebimur, singuli nobis cum exemplaribus & ea quæ per nos sunt constituta referentes aliquos qui defuerunt beatissimi fratres nostri Hylarij sollicitudini relinquamus, datis ad ipsos exemplaribus commonebimus. Si post omnia occurrerit imbecillitas fragilitatis humanæ, vt si quis episcopus per infirmitatem debilitatemve aliquam aut hebetudinē sensus inciderit, aut officium oris amiserit, ea quæ non nisi per episcopos geruntur, non sub præsentia sua presbyteros agere permittat, sed episcopum in hoc quod in Ecclesia agendum fuerit, imponat: Ego Hylarius episcopus subscripsi, Ego Claudius episcopus subscripsi, Ego Constantinus episcopus subscripsi, Ego Audentius episcopus subscripsi, Ego Egrestius episcopus subscripsi, Ego Iulianus episcopus subscripsi, Ego Auspitijs episcopus subscripsi, Ego Maximus episcopus subscripsi, Ego Theuderius episcopus subscripsi, Ego Eucherius episcopus subscripsi, sanctorum sacerdotum comprouincialium meorum qui superius sunt memorati expectantes assensum Nectarius subscripsi, Iustus episcopus subscripsi, Augustalis episcopus subscripsi, Ingenius episcopus subscripsi, Salonius episcopus subscripsi, Ego superuentor p̄ patre meo episcopo Claudio subscripsi & recognoui.

### Incipiunt capitula concilij Valensis.

- |  |  |
|--|--|
| <p>¶ Vt gallicani ep̄i in gallijs non discutiant</p> <p>¶ De penitentibus subito mortuis vt oblationes eorum recipiantur</p> <p>¶ Vt alterius episcopi chryisma nullus accipiat, sed tantummodo proprij</p> <p>¶ Vt qui oblationes defunctorum retinent,</p> | <p>excommunicentur</p> <p>¶ Vt qui sententiæ episcopi sui non acquiescit recurrat ad synodum</p> <p>¶ Vt excommunicatus humiliet semetipsum vt festinus reconcilietur</p> <p>¶ Vt accusatores de leuib; causis non audiuntur</p> |
| <p>1</p> <p>2</p> <p>3</p>   | <p>4</p> <p>5</p> <p>6</p>   |

antur, de criminibus vero discutiatur. 7 testetur. 9  
 ¶ Vt eps alienū clericū redarguat peccatē. 8 ¶ Vt qui præter cōstitutum exposcit, vt ho  
 ¶ Vt qui expositum inuenerit, ecclesiam cō- micida habeatur. 10

**Incipit concilium Valense. era. cccc. lxxx.**



Constitutiones synodi tractatu habite i ciuitate Valensi apud ep̄m Vrbicū ec- A  
 clesie catholice t̄pibus Theodosii iunioris & Dioscori consulis sub die Idu-  
 um Nouemb.

I. ¶ Placuit ep̄os de Gallicanis prouincijs veniētes intra Gallias nō discutiē B  
 dos, sed solū sufficere si nullus cōionem eis interdixerit, quia inter circūhabi-  
 tantes ac sibi pene inuicē notos non tā testimonio indigent probi, q̄ denota-  
 tione & denunciationibus deprauati.

II. ¶ Horum qui penitētia accepta in bono vitæ cursu satisfactoria cōpunctiōe viuē C  
 tes, sine cōione inopinato nonnunq̄ trāsitu in agris aut in itineribus pueniunt oblationē  
 recipiendā, & eorū funera ac deinceps memoriā ecclesiastico affectu prosequēdam, q̄ ne-  
 phas est eorū cōmemorationes excludi à salutaribus sacris, qui ad eadem sacra fideli affectu  
 contendētes, dū se diutius reos statuūt indignos salutiferis mysterijs iudicāt, ac purgatio-  
 res restitui desiderāt: ab his pro quibus sacramētorum viatico intercipiuntur, quibus for-  
 tasse nec absolutissimam reconciliatiōnē sacerdos denegandam putasset.

III. ¶ Per singula territoria p̄b̄i vel ministri ab ep̄iscopis, non prout libitum fuerit à vi- D  
 cinioribus, sed à suis, p̄prijs per annos singulos petāt chrisma appropinquāte solemnitate  
 paschali, nec per quēcumq̄ ecclesiasticum, sed si qua necessitas aut ministrorum occupatio  
 est per subdiaconum, quia in honoribus est inferioribus summa committi, Optimū est autē,  
 vt ipse suscipiat qui tradendo vsurus est, si quid autem obstat saltem is cuius officium est sa-  
 crarium disponere & sacramenta suscipere.

III. ¶ Qui oblationes defunctorū retinent & ecclesijs tradere demorantur, vt infideles E  
 sunt ab ecclesia abijcēdi, quia vsq̄ ad inanitiōnē fidei puenire certū est hāc diuinæ pietatis  
 exacerbatiōnē, quia & fideles de corpore recedētes votorū plenitudine, & pauperes cōso-  
 latu alimonie, & necessaria sustētatione fraudātur, hi em̄ tales quasi egentiu necatores, nec  
 credētes iudiciū dei habēdi sunt, vnde & quidā patrū hoc scriptis suis inseruit congruente  
 sentētia quæ ait, amico quippiā rapere furtum est, & ecclesiā fraudare sacrilegium.

V. ¶ Si quis ep̄i sentētiæ non acquiescit, recurrat ad synodum.

VI. ¶ Ex ep̄istola sancti Clemētis vtilia quæ præsentū tempore ecclesijs necessaria sunt F  
 honorifice proferēda, & cum reuerētia ab omnibus fidelibus ac præcipue clericis recipiē-  
 da, ex quibus quod specialiter placuit propter venerandā antiquitatē statutis præsentibus  
 roboramus, quod supradictus beatus martyr de beatissimi Petri cōstitutione cōmemorat  
 dicēs. Quædā autem etiam ex vobis ipsis intelligere debetis, si qua sunt quæ ipse propter  
 insidias hominū malorū non potest euidentius & manifestius proloqui, verbi gratia, Inimi-  
 cus est alicui pro actibus suis, vos nolite expectare, vt ipse vobis dicat, cū illo nolite amici  
 esse, sed prudēter obseruare debetis & volūtati eius videlicet qui ecclesie curam gerit absq̄  
 cōmonitiōe obsecūdare, & auerti ab eo cui ipsum sentitis aduersum, sed nec loqui his qui-  
 bus nō loquitur, vt vnusquisq̄ qui in culpa est dum cupit omnium vestrū sibi gratiā reparare  
 citius festinet recōciliari ei qui omnibus præest, vt p̄ hoc redeat ad salutē cū obedire ceperit  
 monitis præsidētis, & cætera quæ in consequētibz denotāt amicos eorū qui veritati ini-  
 mici sunt, Sciat itaq̄ deinceps clerus ad reatū, sed & populus fidelium ad culpā sibi ascriben-  
 dum, si quis in hoc vitium malorum computatur, & disciplinæ subuersor cognoscitur.

VII. ¶ Placuit prætereā accusandi licentiam in vestris ordinibus, si qua existat, leuitate G  
 cōprimere, quod si ep̄s aliquē iudicat abstinentiū pro humilitione & correctiōne fratris,  
 & assurgitur exorari, à cæteris acquiescat fratri de quo agitur, correptōe & cōminatōe ad-  
 hibita, Sin autē de crimine aliquē putet esse dānandum, accusatoris vice discutiēdum, si sci-  
 at fas est em̄ vt quæ vni probātur, probētur ab omnibus.

VIII. ¶ Quod si tantū ep̄s alieni clerici se consciū nouit, quādiu probare nō potest nihil H  
 proferat, sed cum eō ad compunctiōnē eius secretis correptionibus elaboret, quod si cor-  
 reptus pertinacior fuerit, & se cōmunioni publice ingesserit, etiā si ep̄iscopus in redarguē-  
 do illo quē reū iudicat probatōe deficiat, indamnatus licet ab his qui nihil sciūt recedere ad  
 tempus pro persona maioris autoritatis iubeatur, illo quamdiu probari nihil potest in cōi-  
 one omnium præterquam eius qui eum reum iudicat permanente.

¶ De

## Concilium Valense.

**I** IX ¶ De expositis quia collata ab oibus querela pcessit eos non misericordie iam sed car-  
nibus exponi, quos colligere calumniarum metu quamuis infelix à pceptis misericordie mēs  
humana detractet referuandum est & scdm statuta fidelissimoz, piissimorum, augustorumq;  
principum quisquis expositum colligit Ecclesiam contestet & contestationē colligat nihilomi-  
nus de altario dominico die minister annuntiet ab Ecclesiastico expositum esse collectum, vt  
intra dies decem ab expositionis die expositum recipiat, si quis probauerit se agnouisse colle-  
ctori p ipsoz decem diez misericordia prout valuerit ad pæsens retribuatur, aut in perpetuū  
k X. ¶ Si quis expositorum hoc ordine collectorum (cum dei gratia si voluerit, possideat,  
repetitor vel calumniator extiterit, vt homicida habendus est.

### Incipiunt capitula Agathensis concilij.

¶ De bigamis clericis vt non ministrent.	1	¶ De clericis qui ad seculares confugi-	8	¶ De homicidis, & falsis testibus,	37
¶ De contumacibus clericis, & ad officium tardis.	2	¶ De rebus Ecclesie quomodo ab Episcopis habeantur, & de seruis Ecclesie qualiter ab Episcopo manumittantur	7	¶ De iudæis qui conuerti cupiunt, qualiter suscipiantur	34
¶ De episcopis qui vel innocetes, vel pro minimis causis aliquos excommunicant	3	¶ De clericis qui ad seculares confugiunt.	8	¶ Si Episcopus à Metropolitano admonitus pro Synodo, vel ordinatione Episcopali venire distulerit	35
¶ De his qui suas vel propinquorum oblationes Ecclesie defraudant	4	¶ De prebyteris & diaconibus q ad conjugalem coitum reuertuntur	9	¶ Vt stipendia Clericorum iuxta meritum distribuantur.	36
¶ Si clericus furtum Ecclesie fecerit	5	¶ Vt nullus clericorum cum extraneis sceminis habitet	10	¶ De homicidis, & falsis testibus,	37
¶ Si Episcopo à quibusslibet quicquam fuerit derelictum	6	¶ Vt nullus clericus in cellario, vel in secreto sceminam intromittat.	11	¶ Vt sine Episcopi sui epistola non liceat clericum vel monachum proficisci, & de monachis vel abbatibus.	38
¶ De rebus Ecclesie quomodo ab Episcopis habeantur, & de seruis Ecclesie qualiter ab Episcopo manumittantur	7	¶ Vt omni quadragesimæ sabbato ieiunetur.	12	¶ Vt clerici nuptialia vitent conuiuia.	39
¶ De clericis qui ad seculares confugiunt.	8	¶ Vt symbolum ante octo dies paschæ competentibus prædicetur	13	¶ Ne Christiani Iudæorum vtantur conuiuio	40
¶ De prebyteris & diaconibus q ad conjugalem coitum reuertuntur	9	¶ Vt altare & benedicatur, & vngatur	14	¶ De fortilegis, vel auguratoribus vt ab Ecclesia separentur	42
¶ Vt nullus clericorum cum extraneis sceminis habitet	10	¶ Qualiter maiores, qualiter minores pccentiam accipiant	15	¶ Ne de pccentibus clericus ordinetur, & vt presbyter altare non erigat.	43
¶ Vt nullus clericus in cellario, vel in secreto sceminam intromittat.	11	¶ Qua ætate diacones ordinentur	16	¶ Ne presbyter benedictionem populo, vel pccententi in Ecclesia dare præsumat	44
¶ Vt omni quadragesimæ sabbato ieiunetur.	12	¶ Qua ætate Episcopi vel presbyteri conferentur.	17	¶ Vt episcopus exiguum aliquid sine clericorum conuiuia, (si necesse fuerit) distra-	45
¶ Vt symbolum ante octo dies paschæ competentibus prædicetur	13	¶ De laicis quibus temporibus communicare debeant	18	¶ Vt seruos Ecclesie fugitios licet (hæc) ceat vendere Episcopo	46
¶ Vt altare & benedicatur, & vngatur	14	¶ De sanctimonialibus qua ætate veltentur.	19	¶ Vt ante missam expletam egredi populus non præsumat	47
¶ Qualiter maiores, qualiter minores pccentiam accipiant	15	¶ De clericis qui comam nutriunt	20	¶ De rebus ecclesie proprijs vel acquisitis,	48
¶ Qua ætate diacones ordinentur	16	¶ Vt solemnitates maiores in ciuitatibus celebrentur	21	¶ De non alienandis ab aliquo rebus Ecclesie, & de libertis	49
¶ Qua ætate Episcopi vel presbyteri conferentur.	17	¶ Vt non liceat presbyterum, aut clericum rem Ecclesie vendere, aut donare	22	¶ De clericis capitale crimen incurrētibus,	50
¶ De laicis quibus temporibus communicare debeant	18	¶ Vt clericus minor seniori non præponatur.	23	¶ De testamento Episcopi	51
¶ De sanctimonialibus qua ætate veltentur.	19	¶ De expositis inuentis.	24		
¶ De clericis qui comam nutriunt	20	¶ De secularibus qui suas vxores derelinquunt.	25		
¶ Vt solemnitates maiores in ciuitatibus celebrentur	21	¶ Vt si voluntarie Clericus damnus Ec-			

¶ De cle-